

objectata circumstantia remanet omnino aequiva, ex quo non probet hoc esse, quod contingit abesse; (d) praesertim, quia caret etiam assistentia facti, dum non constat, dictum Angelinum taxam solvisse, nec dictam copiam in Archivio tradidisse, quoniam documentum ad id exhibitum, in *Summ. resp. Acriis num. unie.* loquitur de altero ratificationis instrumentum die X. Mart. MDCLIV. rogato; atque aequè alienum à veritate dignoscitur ass. copiam exhibitam fuisse in Archivio juxta attestationem Notarii, *Summ. replicationis Monasterii num. unie.*

15. Eiusdem irrelevantiae comperita est altera animadversio deducta, ex eo quod in illo Angelini legantur verba, *dieci anni continui*, proinde, attento illo adjectivo *continui*, istud minus congruit erroneae assertioni decem annorum, sed magis consonat decennali temporis protractioni: etenim in praesenti non cadit indagatio circa nudam significationem nominis *continui*, quando quidem, & istud vocabulum intelligitur juxta subjectam materiam pro qua recipitur, quandoque etiam pronuntiamus per dimidiam horam continuum, vel duos dies continuos, & similia, unde de per se remanet ambiguum, nec adversatur expressioni duorum annorum, sed trahit adjectum ad jam expressam significationem; in subjecta namque materia hæc continuatio exponitur in gratiam emphyteutæ pro qualificanda mora, quæ majori, vel minori praefinitioni temporis alligatur, taliter ut si emphyteuta solveret primo anno, secundo non, rursus tertio solveret, & quarto non, non ferret locus devolutioni, quia non intercessisset duorum annorum mora continua. (p)

Altera circumstantia, qua ex parte actricis confoveri pratendebatur veritas d. assertionis decem annorum deducebatur ex præcedenti pacto in instrumento apposito erogandi scut. 1000. *fra il termine d' anni dieci* in augmentum, & meliorationem rei emphyteuticæ, ac si verisimile non sit, minori temporis spatio pacifici voluisse devolutionem in casu non solutionis canonum, ne alias breviori temporis cursu meliorationis commoda domino directo cederent.

16. Etenim excitata paritatis illatio non quadrat, quia inter unum, & alterum pactum latum nimis intercipitur discrimen, quod enim

(d) Leg. Neque natales, Cod. de Probat. Rot. in Paderbornen. *Primariarum precum* 25. Jun. 1728. §. *Quatenus*, cum Rev. P. D. Aldrovando.

(p) Juxta Theoricam Salicet. in leg. 2. Cod. de *Jur. emphyt.* Bald. in Auth. *Qui rem*, Cod. de *Sacrof. Eccl.* Corbul. de *Jur. emphyt.* tit. de *Caus. privat.* ob non solut. canon. quæst. 13. Fulgin. eod. tract. tit. de *Sol. can.*

melioramenta caderent ante decennium, si breviori tempore locus fieret devolutioni, efficiatur casus potestativus ex libero emphyteutæ arbitrio, debita suo tempore canonis solutione evitandas, secus, si devolutionis casus parificandus esset cum supposito decennio, tunc enim in certum domini directi præjudicium verteretur ejusdem emphyteutæ arbitrium, quodammodo casum devolutionis eludens, quia cum decennium pro devolutione adhuc retineret illud adjectivum *continui*, sequeretur, quod emphyteuta posset solvere, vel non solvere integros canones præscripto tempore absque incurfu caducitatis, quoniam & in nono anno posset canonem unius anni persolvere, sic & postmodum in octavo anno alium canonem persolvere, absque eo quod verificaret devolutionis casus, eo quia in ipsum animadverto non posset, evenisse continuum decennalem moram in stipulatione deductam pro casu devolutionis. (q)

17. Proindeque æquior, & magis consentanea dispositioni juris, ac accommodata solito ea intelligentia est, ut, seposita d. paritate, utraque tempora operentur in casu suo, nam in utroque disita inest ratio, quia in illo meliorationis, cum agatur de lucro captando, domini directi æquitas exposcebatur, ut decennium praefinitum fuerit, ad hoc ut commodius emphyteuta pactum adimpleret; in altero autem solutionis canonis, quia agitur de damno evitando dicti domini directi, utique biennium verisimilium juxta frequentem investiturarum morem definitum censetur, atque per errorem decennii verba adscripta fuisse, ne ex dolo emphyteutæ ipsius jus detersus efficeretur. (r)

Ejusdemque irrelevantiae est altera animadversio, videlicet quod pro parte monitorii in judicio acto cor. d. R. P. D. Fano repetitum fuerit instrumentum in Actis Angelini rogatum: etenim licet relatio facta sit ad instrumentum, hæc quidem valet, ut admissa sit existentia talis instrumenti, quod nunquam negatum fuit, neque negatur à Monasterio, utpote rogatum in solidum cum Marchetto Connotario, sed substantia quaestionis percutit dictam erroneam expressionem, quæ per relationem ad illud nullo pacto approbata fuisse dici potest, quoniam, abstractivè præcisa dicti erroris cognitione, Monasterium, seu ejus Procurator per veram cognitionem

quæst. 7. num. 5.

(q) Ut tradit Fulgin. de *Emphyt. tit. de Solut. canon.* quæst. 7. n. 7.

(r) Contra regulam text. in leg. *Procular*, ff. de *Damm. infest.* leg. fin. §. *Licentiam*, Cod. de *Jur. delib.* leg. *Juris ignorantia*, ff. de *Jur. & facti ignor.*

nitionem binnalis conventionis egisse dicitur, dum & in publico instrumento à d. Connotario Capitolino pariter rogato cubitalibus verbis legitur dicta biennalis conventio, idemque legebatur in copia antiqua, quam prædictum Monasterium colligatum servabat in Libris ejus aliorum instrumentorum, ita ut longe erat tum à cognitione, tum à cogitatione, quod alter Connotarius Angelinus in ejus extensione instrumenti loco duorum annorum erronee conscripserit *decem annos*.

18. Qua facti circumstantia perpensa, dicta relatio ad effectum approbativum trahi non potest, dum ex ipsa simpliciter resultaret tacita approbatio, quæ vincere nequit expressam cognitionem, quæ ex geminis instrumentis certo certius in contrarium habebatur: (s) 19. præsertim, quia agitur de relatione per Procuratorem in calore judicii facta, quæ, cum tendat in committendo utique suo principali præjudicium, inferri nequiverat; (t) 20. multo magis in præjudicium Loci pii. (u)

Confutatis facti circumstantiis per actricem onus probandi habentem adductis, quarum aliarum in facto deficiebant, aliarum non relevabant in jure, nec porro ab omni sua ambiguitate deputata erant, aut saltem non dilucide propozita, prout eas in genere concludenti adducere adigebatur actrix è conspectu circumstantiarum facti, & præsumptionis, non hominis, sed Juris, quæ militabant pro evincenda sæpè dicta erronea expressione favore Monasterii.

21. Et quidem ex facto, dum Moniales docuere, penes ipsas existere publicum instrumentum extensum in Protocollo alterius ex Connotariis de illo insolitum rogatis, nec non aliam copiam antiquam insertam in Libris d. Monasterii, & in utroque legitur conceptum pactum devolutionis ex biennali mora in non solvendo canones, quæ documenta tanquam antiqua, & geminata mirificè conserunt, ut, veritate detecta, locus esset muta-

tioni d. expressionis decennalis moræ, ex quo declaratur, quod factum est. (x) Ut diversa expressio tribuatur errori Juvenis officii extensoris, qui & facile decipi potuisset, constat, eo quia res est de emphyteutis instrumento, in quo in parte præcedenti, & subsequenti inerat insolita pactio faciendi melioramenta infra decennium, ita quod, cum sub oculis extensoris ista temporis praefinitio jam ceciderit, nil mirum si ex errore irrepperit in parte intermedia instrumenti similis decennalis expressio, nam dato subjecto errandi, verisimiliter error præsumitur.

22. Adticipatur siquidem ad veriorum comprobationem dictæ erroneæ expressionis, non solum hominis, ut est recessus à solito investiturarum in convenienda caducitate ob non solutionem canonis, quæ in more est ad biennium, sed quoque juris præsumptio, quæ cavetur, ut, cum agitur de emphyteusi Ecclesiastica ad differentiam laicalis, ob non solutos canones per biennium aperiatur actio *pro devolutio*: (y) 23. taliter, ut pactum ambiguum conceptum ita interpretari oporteret, ut consentaneæ ad hujusmodi Juris dispositionem intelligatur: (z) 24. imò, quod etsi nulla ambigendi ratio interciperetur, contrahentes ita inter se certe pacifici voluisse, tale pactum utri damnosum Ecclesiæ efficac non censetur, nisi approbatione Beneplaciti Apostoli expressè autorizatum fuerit. (a)

25. Quin proficit exceptio, prædictum Beneplacitum in d. emphyteutis instrumento reservatum, ac revera postmodum obtentum fuisse: etenim, licet ex post obtentum fuerit, idem tamen est, ac si impetratum non fuisset, quia in eo, nec legitur dicta decennalis dilatio, neque solito, neque dispositioni Juris consona, ac in eo approbatur dumtaxat concessio in genere cum simplici expressione annui canonis scutorum 80. & cum pacto meliorandi pro summa scutorum mille absque ulla temporis mentione, prout etiam patuit ex sententia lata

E pro

(s) Ex notatis per Rot. decif. 130. num. 4. decif. 144. n. 9. cor. Emer. decif. 79. n. 12. & 13. decif. 371. n. 10. part. 16. recent.

(t) Caltr. in leg. *Non solum*, n. 2. ff. de *Procur.* Rot. decif. 452. n. 19. cor. Coccin. decif. 259. n. 9. cor. Bich. decif. 602. n. 9. cor. Caprar.

(u) Ut prosequuntur gloss. in leg. *Sicut*, verb. *Non debetur*, ff. *Quod cuiusque universi*, nom. Alber. in leg. *Nullo*, n. 12. ff. eod. Rot. decif. 180. num. 11. cor. Cerr. decif. 684. n. 25. cor. Molines, tom. 3. Part. 1.

(x) Ad text. in leg. 6. §. *Veritas*, ff. de *Offic. præsid.* Felin. in cap. *Qualiter*, & *quando* l. n. 27. verif. *Facit*, de *Acquisit.* & optime Rot. decif. 56. n. 9. & 10. cor. Mol. tom. 1.

(y) Cap. *Posuit*, de *Locat.* Auth. *Qui rem*, Cod. de *Sacrof. Eccl.* & in §. *Scire autem*, Auth. *De non alienand.* Clar.

in §. *Emphyt.* quæst. 8. in princ. Rubr. de *Solut. canon.* fol. 434. n. 9. Corbul. de *Caus. privat.* ob non solut. canon. in princ. Fulgin. de *Jur. emphyt. tit. de Solut. canon.* quæst. 1. n. 1. & quæst. 10. n. 2. & sub tit. de *Var. caduc.* quæst. 1. num. 16. Rot. decif. 719. n. 1. Part. 4. recent. tom. 3. decif. 483. n. 29. cor. Bich.

(z) Rocc. Dilput. *Jur. cap. 65. n. 55. tom. 1. Card. de Luc. de Emphyt. disc. 31. n. 4. in fin. Franc. decif. 191. n. 11. & seq. Rot. decif. 319. & decif. 384. n. 6. cor. Rev. P. D. Crisp.*

(a) Curt. Jun. in *Tract. de Feud. Part. 2. quæst. 6. n. 22. & 23. Manic. de Tacit. & ambig. lib. 2. tit. 22. num. 5. Fulgin. de *Jur. emphyt. tit. de Var. caduc. quæst. 1. n. 3. & optime Rot. decif. 10. n. 12. post Card. Albit. de Inconst. in judic.**

pro ejusdem Beneplaciti executione; proinde que authorizem non valuit suppositam decennalem dilationem, quæ non fuit expressa, ut opus fuisset, dum etiam expressa, beneplacitum concessum non fuisset, vel saltem difficilius. (b)

26. Hactenus animadversa uberius confirmantur, quia deducta exceptio ab assertione decennalis moræ non erat de apicibus Juris, sed obvia in littera alterius instrumenti jam in actis indicati, unde verisimile non est, reos conventos, tum in iudicio devolutionis, tum in altero successivo spoliū illam non deduxisse, ne ea exceptione succumberent in iudicio devolutionis, & respective vincerent in iudicio spoliū: (c) ita ut, cum in utroque iudicio succubuerint, datum est intelligere, quod non minus ex partium placito, quam ex ianiori iudicantium sensu in conflictu dilonantium assertionum instrumenti, à duobus tamen Connotariis scripti, illa comperta pro vera fuerit, quæ præ se fert biennalem moram, ut pote solito magis uniformem, & dispositioni Juris consonam, quæ, tanquam in tempore proximo rei gestæ bis in iudicio canonizata, nunc in civile videtur tempore tam remoto in dubium revocari. (d) Cæterum præfata res iudicata confirmata remanet ex altero devolutionis incursum, quoniam non solum in instrumento aderat pactum devolutionis ob non solutos debito tempore canones, sed etiam alterum, in casu quo intra terminum decem annorum non erogarentur sc. 1000. in augmentum & meliorationem rei emphyteuticæ, adeo ut in casu non adimpleti utriusque pacti, & aliorum in dicto instrumento appositorum res haberetur pro devoluta, & à domino directo apprehendi posset propria auctoritate possessio, ita ut nec emphyteuta ulteriorem consequatur dilationem pro purgatione moræ, ibi: *Che due mesi di tempo à purgare la mora, e non più, perche cost, &c. è per patto, &c.*

27. Idcirco, cum emphyteuta spatio plurimum annorum morosus fuerit in pensatione

canonum, infimulque prætermiserit iuxta enuntiatum pactum meliorare, & augere rem emphyteuticam, quinimo confiteri illam deteriorem fecisse, *Summario Monasterii n. 7.* sequitur, quod ex alteruto convento pacto commissa fuerit stipulatio caducitatis, seu devolutionis, rectaque via utile dominium cum directo consolidatum extrinse: (e) arque hunc meliorationis defectum secludere conabatur actrix ex eo nimirum, quia in emphyteusim concessa fuit iuxta tantum cum area contigua; cumque autem Monasterium mandatum de associando obtinuerit super duabus domibus, quarum altera stemmata gentilitia familia de Rosa præ se ferebat, in aperto ponitur, quod revera melioratio sequuta fuerit, sine qua dicta nova domus adesse non potuisset.

28. Submovebatur obiectum ex contraria verificatione facti, quoniam confititur, per Monasterium adificatam fuisse dictam novam domum, ut ex peritia, & mensuratione laboriorum facta ab Architecto Fontana, *Summ. Monasterii num. 7.* tum ex ipso iudiciali accessu facti ab Emin. Sperellio ad instantiam auctorum ipsiusmet actricis, ut ex documento dicti accessus dato, in *Summ. responsionis Monasterii num. unic.* tum etiam, ex quo de tempore acceptatæ devolutionis taliter reperta est in statu ruinoso domus, ut pro ejusdem reparatione oportuerit conspicuam erogare summam, *dict. Summ. n. 7.* unde confitit de dicta nova adificatione, immo, & confitit de illius notabili deterioratione, per necesse sequitur, ut iure merito commissa fuerit stipulatio devolutionis: (f) ita ut, etiam si devolutio seu caducitas ex pacto conventa non fuisset, adhuc tamen de iure succederet, (g) 30. & ex natura contractus, quæ ad meliorandum conceditur, iure merito, dum deterior fit ex facto emphyteuta, ipsa resolvitur. (h)

Remque emphyteuticam deteriorem effectam fuisse ex negligentia, vel ex pacto non adimpleto ab ejus auctoribus, ipsamet actrix ci-

(b) Ad tradita per Rotam, decif. 53. n. 2. & seq. cor. Priol. & decif. 198. num. 6. & 12. cor. eod. decif. 1124. n. 23. cor. Molin. tom. 4. Concordant.

(c) Ut in simili ratiocinatur Rot. in decif. 218. n. 11. cor. Benincasa.

(d) Felin. in cap. cum Bertoldus, n. 28. de Re iudic. Bart. conf. 16. vol. 2. per tot. & Rot. decif. 23. à n. 13. & seq. cor. Emin. Falcon. tit. de solut.

(e) Bald. in leg. fin. in ult. nota in lect. Cod. de Fur. emphyt. Jas. in leg. 1. n. 11. Cod. eod. Corbul. de Emphyt. tit. de Caus. privat. in observ. pract. prope fin. Ruin. conf. 110. n. 1. vol. 6. & conf. 167. n. 18. eod. vol. Rodoa. de Reb. Eccles. non alien. tit. de Re Eccles. alien. quæst. 2. cap. 22. n. 10. Card. de Luc. de Feud. dif. 5. n. 16. &

Surd. decif. 170. in princ.

(f) Jas. in leg. 1. num. 11. Cod. de Fur. emphyt. Ruin. conf. 110. n. 1. & conf. 167. n. 18. lib. 1. Corbul. de Jur. emphyt. tit. de Caus. privat. in Observ. Pract. circa fin. Rot. decif. 41. n. 9. part. 12. recent.

(g) Auth. Qui rem, Cod. de Sacros. Eccles. cap. Potuit, §. Emphyt. quodque, de Locat. Bald. in leg. fin. in ult. notab. in 2. lect. Cod. de Fur. emphyt. Rodoa. de Reb. Eccles. non alien. tit. de Caduc. quæst. ult. cap. 12. n. 12. Fulgin. de Emphyt. tit. de Solut. canon. quæst. 1. Rot. decif. 485. cor. Bich.

(h) Ut late Fulgin. de Jur. emphyt. tit. Var. caduc. quæst. 2. n. 1. ubi concord.

citra contentionem perentit, eo ipso quod autumat, caducitatem à Monasterio remissam fuisse, ex quo post acceptatam devolutionem petierit associari, ut de canonibus decursis & decurrentis se satisfaceret, ac possessionem ex hoc titulo apprehenderit; ast obiectum non profuit, quoniam, pro eo quod attinet ad factum, comperitur DD. Monasterium usque à mente Mer. MDCLXX. instituisse iudicium super acceptatione incurse caducitatis, idemque perierit in mente Junio MDCLXX. *Summ. Monasterii num. 3.* ac die XXX. Octob. ejusdem anni interfuisse pro solutione canonum, ac mandatum de associando exinde obtentum executioni demandate die XXV. Feb. MDCLXXI. successivè defuper devolutionis petitionem, sententiam desuper reportate die VII. Januar. MDCLXXII.

31. Quomobrem impertinentes efficiuntur termini remissionis caducitatis ex petitione canonum, eorumque exactione, quatenus ista probarentur intermedio tempore sequuta ad diem prolata sententia super caducitate, quia speciale est in emphyteusi Ecclesiastica ad differentiam laicalis, ut licite exigantur canones decursi, & decurrentes usque ad diem, quo iudicium super devolutione absolvitur. (i) Et merito, quia præterita petitio canonum post intentatum devolutionis iudicium præ se ferret dumtaxat tacitam & præsumptam, non veram & expressam remissionem caducitatis, ideoque huiusmodi præsumpta tacita remissio recte submoveretur expresso dissentio in contrarium emanante ex ipsamet actorem prosecutione seu insistentia, ad effectum consequendi caducitatis declarationem, 32. cum taciti virtus ab expresso inferretur. (j)

33. Quod procederet, etiam si doceretur, canones adhuc post laram devolutionis sententiam exactos fuisse, quia sicuti per declarationem caducitatis acquisitum fuit jus Monasterio, ita ab eo evelli non potuit ex tacito facto Deputatorum, seu Procuratoris ejusdem, (k) 34. adjuvante ratione, ut, quemadmodum ad acceptandam devolutionem opus est speciali Procura mandato, ita æque ad illam remittendam tacitum vel generale inefficax re-

putari oportet. (l) Eiusdemque irrelevantia detectum est successivum diffugium in eo repositum, videlicet, sæpeditum Monasterium acceptasse devolutionem non ex capite deteriorationis, seu meliorationis non factæ de re emphyteutica, sed ex capite dumtaxat non solutionis canonum: etenim hæc facti assertio ex summarij utriusque colligantium lectura datum non est invenire, quod sub tali specifica, & discretiva petitione devolutio postulata fuerit, sed quidem acceptata, & canonizata sub generica petitione ibi: *juxta formam pacti expressi instrumento investitura.*

35. Cum itaque in prædicto instrumento versus finem huiusmodi pactum legatur ibi: *Item convengono, che in evento, nel quale detto Ascano, e suoi mancaltero in alcuna parte del presente instrumento, e cose contenute in esso non adempiranno, come sopra, allora, ed in tal caso d. casa, e sito ipso jure, & ipso facto s'intendano devoluti à d. Monasterio assieme con tutti li miglioramenti, e l'utile dominio con il diretto &c. con il tempo della purgazione della mora, come sopra, &c.* quo posito, cum inter diversa ejusdem emphyteusim pacta, tam illud devolutionis ob non solutos canones, quam alterum ob non factam meliorationem continetur pro casu devolutionis incurere, consequens fit, sub recitato finali pacto contineri prænunciata dicta duo pacta, recteque tam in petitione, quam in sententia pronunciatum fuisse iuxta formam pacti expressi in eodem instrumento investitura, cum jam constet, per emphyteutam uni & alteri pacto contravenisse, utpote conventa in pluribus casibus non est necessaria simultanea singulorum pactorum individua verificatio, sed sufficit alterum ex illis verificatum fuisse. (m) Immo ex facto ipso auctorum præfata actricis datur intelligi, quod iudicium motum coram R.P.D. Fano non erat dumtaxat super caducitate incurta ob non solutos canones, sed etiam super altero pacto non sequente meliorationis, quippe quia, ut redarguerent de injuria sententiam R.P.D. Fani, infleterunt coram Emin. Sperellio super hoc capite removendi deteriorationem, ac probandi

E 2 me-

(i) Plene firmant. ad text. in Auth. Qui rem, Cod. de Sacros. Eccles. ibique Paul. de Castr. n. 5. Clar. in §. Emphyteusim, quæst. 10. n. 2. vers. Hæc tamen omnia, & optime Rota, decif. 1140. n. 12. cor. Emer. Jun. repetit. penes Card. Albic. de Inconstant. in judic. decif. 35. n. 11.

(j) Arg. text. in leg. Cum filio, §. Filio impuberi, ff. de Vult. & pupill. & in terminis caducitatis bene Rot. in Romana Associationis, seu devolutionis 29. Jan. 1725. §. Præram, cor. Rev. P. D. Aldrovand.

(k) Ex firmatis per Anchar. in cap. Potuit, n. 18. vers. Et nuac, aut habuit, Rot. cor. Bich. decif. 241. n. 19. &

seq. cor. Cerro, decif. 357. n. 12. & 15. & car. Emeric. citata decif. 1140. n. 13. ubi concord.

(l) Paris. conf. 86. n. 17. vol. 4. Berò, conf. 116. n. 10. lib. 1. Menoch. conf. 460. n. 14. Corbul. de Emphyt. tit. de Privat. ob non solut. can. limit. 22. n. 16. Adden. ad Buratt. decif. 617. sub n. 8. vers. Secundo limitatur, & Rota, decif. 33. n. 7. part. 13. recent. ubi concord.

(m) Ad regulam text. in cap. In alternativis, de Reg. jur. in 6. & Surd. decif. 180. n. 1. & Rot. decif. 41. n. 10. part. 12. recent. & decif. 356. n. 1. cor. Merlin.

meliorationem in re emphyteutica, adeo ut perierint, simulque obtinuerint ad accessum deveniri; hoc profecto clare demonstrat, non tam super non solutione canonum processisse R. P. D. Fanum, sed etiam super omniâ melioratione, & subsequuta deterioratione: aliter enim pars inutiliter petisset, & Judex inconsulto annuisset dictæ petitioni accessus, qui suapte natura alteram præ se ferre nequibat probationem, quam illam dignoscendi, an revera domus meliorata, vel deteriorata fuerit, ut locus esset cognitioni, utrum juste super devolutione pronuntiatio fuisset.

36. Ex quibus omnibus cum plene apud PP. confiteretur, sapeditam R. P. D. Fani sententiam rite, & recte prolata fuisse, itidem & agnovit in consequentiam descendere, parem fore justitiam sententiam Emin. Sperelli latam adversus querelam propositam ab auctoribus præsentis actricis sub specie, quod R. P. D. Fanus injuste, & spoliative proceperit; ita ut recogitantes ad modum & tempora, quibus in præteritum hæc prætenio in litem deducta vel restaurata fuit post plurium annorum interjectam acquiescentiam, utique nunc visum est, post lapsum sexaginta annorum, & ultra à die latæ sententiæ super devolutione, & respectivè triginta sex annorum à die rejectæ petitionis sub specie spoliæ passæ, præsentem instantiam, non jure, sed potius ex invidia moveri, sub spe lucri captandi in re emphyteutica sumptibus domini directi, adeo notabiliter meliorata, & in elegantiore formam redacta in perniciem ejusdemmet domini directi habentis pro se geminas sententias tam diu observatas, ex partium interpollata contradictione receptas, & in judicatum transactas, ita ut, ubi etiam res figurari posset aliquo modo dubia, cum dominus directus staret in causa pro damno evitando, emphyteuta vero pro lucro captando, utique satis esset hæc diuturna possessio auctore Prætoris conquisita, ut repellenda esset actrix ab ejus petitione concludenter probata. (n)

Et ita utraque, &c.

E A D E M

C O R A M E O D E M.

Veneris 13. Mart. 1733.

A R G U M E N T U M.

Habetur in præcedenti Decisione, quæ confirmatur.

(n) Ex late animadversis per Rotam in Perusina Reintegrationis 4. Dec. 1730. & 7. Maii 1731. & in Panen. Im-

S U M M A R I U M.

- 1 **R**estitutio in integrum tribuenda est, consistit de injuria rei judicata.
- 2 Citatio certa persona, & aliorum de ejus familia omnes afficit.
- 3 Et sufficit pro validitate judicii.
- 4 Cohabitatio cum persona expresse nominata in citatione non requiritur ad effectum alias personas citandi, sed communis causa, & identitas familie.
- 5 Pupilla dandus est Curator ad lites.
- 6 Hujusmodi deputatio supponitur, ubi agitur de sententia antiqua executâ, & diu observata.
- 7 Auctoritas Judicis supplet defectum citationis.
- 8 Defectus Curatoris nullitatem non parit, ubi, eo deputato, sententia declinari non potuisset.
- 9 In negotiis minorum, non tam quomodo, & quibus solemnitatibus, sed quid in substantia factum sit, inquiritur.
- 10 Scriptura cancellata præsumitur anterior, & minuta potius, quam originalis.
- 11 Explicatio præcedens conclusio.
- 12 In consuetu duorum instrumentorum prævalet illud, cujus pacta juris dispositioni sunt magis consona.
- 13 Devolutio ob deteriorationem de jure procedit in emphyteusi.
- 14 Deterioratio probatur ex accessu ab emphyteuta requisito.
- 15 Dicitio seu est declaratoria ejusdem rei.
- 16 Emphyteuta, agendo pro reintegratione, postquam dominus directus dominium utile judicialiter recuperavit, sum intentionem probare tenetur.

D E C I S I O X I I I.

**Q**uod ab Ascansio Rosa, ejusve filii emphyteutis canones soluti non fuerint, & quod ab iisdem intra præstitutum tempus emphyteuticus fundus non fuerit juxta conventionem pactationem melioratus, Moniales S. Marth. domine directæ, protestatione facta de acceptanda devolutione, mandatum de associando obtinuerunt; reassumptumque illico devolutionis judicio coram bon. mem. R. P. D. Fano, ab eodem emphyteutica bona ad dominas directas devoluta esse, judicatum fuit. Post diuturnum vero 22. annor. silentium ab heredi-

bus

missionis 21. Januar. proxime præteriti fere per tot. cor. me.

bus dictorum de Rosis adversus dictas Moniales judicium spoli inductum fuit coram clar. mem. Card. Sperello, tunc Vicegerente, à quo tamen reæ conventæ ab impetitis absolute fuerunt.

Longaque disitorum temporum intercapedine variatis judiciorum vicissitudinibus, Maria Julia de Rosis cor. moderno R. P. D. Vicegerente victrix tandem evasit, sed circumscripto per Signaturam Justitiæ postremo hoc judicatum, delegata fuit mihi commissio cum clausula devolutiva, ad cujus trames proposito in Sacra Rota dubio, Patres censuerunt, constare de re judicata, ut latius enarravi in præterita decisione sub die XXVI. Maii MDCCXXXII. adversus quam, cum succumbenti dario fuerit beneficium novæ audientie, inito examine, responsum est, standum esse in decisio.

1. Iterum Anastasia moderna actrix sententiam bon. mem. Fani in judicio devolutionis latam, invaliditatis & injustitiæ inculcabat, qua injustitia & invaliditate supposita, inferebat, subsecutam sententiam clar. mem. Sperelli, per quam actio spoliæ rejecta fuit, manifestè injustitia laboravisse, & consequenter concludebat, hanc ipsam Sperelli sententiam, uti injustitia laborantem, in rem judicatam transire nequivilisse, proindeque ipsi actrici adversus eandem sententiam restitutionem in integrum tribuendam esse. (a)

2. Rationum illiusmodi totam Patrum curam traxit ad excutiendam rursus validitatem, & justitiam dictæ primævæ sententiæ R. P. D. Fani, & cum super validitate à dicta actrice objiceretur legitime citationis defectus, hunc non obesse, visum est: nam satis de legitima citatione constare censetur, ubi ex productione habemus, illam executam fuisse contra Joannem Baptistam, & alios de Rosis: expressio enim nominis collectivi, & alios, satis indicat, citationem non esse restrictam ad solum Joannem Baptistam; (b) adjectio vero cognominis de Rosis eandem collectionem satis quoque determinat, & refert ad Mariam Juliam, quæ idem habebat cognomen, eandem fovebat causam,

& in eodem versabatur interesse: (c) facta autem hujusmodi determinata citandorum collectione, abunde satisfactum videtur, nedum præscripto Juris communis, sed & reformationi sâ. me. Pauli V. ut relat. concordant. (d)

4. Ad declinandam vero hanc responsionem actrix contendebat, in dicta collectione non videri determinatam personam dictæ Mariæ Julię, ex quo hæc de tempore executæ citationis non cohabitabat cum dicto Joanne Baptistâ in præfata citatione expressim nominato; sed & in Sacro Tribunali existimatum est, neque hoc assumptum actrici prodesse: nam dicta cohabitatio insimul cum persona expresse nominata, & cognominata in citatione non videtur præcisè desiderata ad effectum determinandi alias personas citandas, sed communis potius causâ, & commune interesse, & identitas familie, & sanguinis conjunctio præcipue considerata censetur. (e)

5. Citationis defectu sublato, recurtebat actrix ad alium defectum Curatoris, qui Mariæ Julię tunc pupillæ dandus erat; (f) sed & hoc quoque assumptum neque aliqui relevare, judicatum est, vel quia non satis in factis dictus defectus concluditur, nam lis agitata fuit sub ann. MDCLXXI. & MDCLXXII. acta vero hujus anni non integra reperitur in Broliardo.

6. Ideoque integrorum actorum deficientia in tanta temporum antiquitate cogit non, ut præsumamus, omnia rite recteque gesta fuisse, nihilo juxta Juris præscriptum omnium esse, (g) 7. vel quia res est de actu judiciali, in quo ipsa judicis auctoritas defectus hujusmodi supplerere solet, (h) vel denique quia omnes quæcumque objectiones adversus d. sententiam à Maria Julia cumulata usque ab ann. MDCXCVI. per sententiam clar. mem. Sperelli fuerunt rejectæ.

8. Is enim litis exitus satis nos præmonitos habet, non adeo sollicitos esse debere super Curatoris deputacione, quoties, eo quoque deputato, devolutionis sententia declinari non potuisset, (i) 9. ea videlicet militante ratio-

(a) Ad tradita per Rotam in Altamura Fimerum 21. Mart. 1727. §. Licet enim, cor. me.

(b) Ad notata per Rot. cor. Emer. Jun. decif. 105. n. 7.

(c) Ad bonum text. in §. Si quis in nomine, Instit. de Legat.

(d) Firmat præterita dec. §. Verum, & §. Præmaxime, cor. me.

(e) In decif. 168. n. 13. Part. 7. recent.

(f) Per text. in leg. Curator 3. §. Auctore Prætoris, leg. In universis, Cod. Quib. dar. ius. poss.

(g) Castrenf. in leg. unic. n. 4. & Alexand. ibid. n. 11.

(h) de Re judic. Roland. à Vall. conf. 99. n. 22. lib. 2. Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 3. n. 5. Mascard. de Probat. concluf. 35. n. 21. & seqq. lib. 1. Rot. cor. Emin.

(i) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

Falcon. de Tutor. & curator. decif. 4. n. 4. & in Romane Immissionis 26. Jan. 1731. §. Maxime reflectendo, cor. Rev. D. meo Ratto.

(b) Constant. ad Stat. Urb. annot. 44. n. 603. Card. de Luc. de Hæred. dif. 14. n. 7. Ad den. ad Pamphil. decif. 111. num. 15. Rot. cor. Buratt. decif. 158. n. 8. cor. Priol. decif. 232. n. 10. cor. Benincal. decif. 180. n. 11. decif. 234. n. 11. & in recent. decif. 396. num. 9. & 10. part. 13. & in Firmana legitima 27. Jun. 1707. §. fin. cor. bon. mem. Ansaldo.

(c) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

(d) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

(e) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

(f) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

(g) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

(h) Ut pluribus allegatis firmat præterita decisio, §. Quæ admodum.

ne, quod in negotiis minorum non tam quomodo, & quibus formalitatibus, sed quid potius in substantia factum sit, inquirendum veniat. (j)

Validitate d. sententiæ R. P. D. Fani vindicata, Patres ad iustitiam examinandam descendunt: quo in puncto, licet iterum actrix quereretur, d. sententiam injustam omnino reputandam esse, ex quo in ea admittitur fuerat devolutio ante expiratam decennalem contumaciam in solutione canonum, contra expressam conventionem, quæ legitur in originali instrumento rogato per acta Casii, nihilominus Patres existimant, attendendum potius esse instrumentum per acta Marchetti, in quo non decennalis, sed biennis tantum dilatio ad evadendam caducitatem concessa legitur. (k)

10. Reclamabat nihilominus actrix, quod nempe potius attendendum foret instrumentum rogatum per acta Casii, ex quo istud præferre videretur speciem quandam matricitatis, seu anterioritatis, idque eliciebat ex nonnullis liturationibus, seu cessationibus, & emendationibus, quæ conspiciebantur in dicto instrumento Casii, quæ minime aderant in illo Marchetti: & ita ex dictis liturationibus, & correctionibus concludere, quod illa scriptura Casii saltem anterioritate temporis præcesserit scripturæ Marchetti, & propterea d. scripturæ Casii potius standum esset. (l)

11. Verum enim vero ista objectio à dictis liturationibus educta, prorsus flocci pensæ est: quidquid enim dicendum foret, si concurreret instrumentum in elegantiore formam redactum cum ipsa matrice ab uno eodemque Notario extensa, vel si concurreret testamentum in forma publica cum scriptura ab ipso testatore conscripta, & in Libro aliarum matricum inserta cum requisitis Glossæ. (m)

12. In proposita sane specie res aliter se habet: agitur enim de instrumento emphyteusis per duos Notarios in solidum rogato, & in duplici scriptura redacto. In his certe cir-

cumstantiis sicuti ex natura actus non datur inter utramque scripturam temporis anterioritas, ita argumentum à dictis cassationibus remanet æquivocum, cum illæ potius cassationes inductæ esse poterint in collatione, & relatione postmodum facta, atque ideo in tali discrimine visum est, illi potius scripturæ standum esse, quæ juri, & rationi magis congrueret; & cum illa per Marchetum exarata fuisset, & rationi consona deprehensa sit; illa vero Casii recognita fuerit à recta ratione aberrare, & pacta insolita continere, (n) ideo jure merito judicatum est, instrumentum à Marchetio exaratum præferendum esse, & illud à Casio conscriptum, uti errore infectum, attendi non debere, ne alias officiantium Notariorum errores contrahentibus sint præjudicialis. (o)

13. Iustitiamque dictæ sententiæ bon. mem. Fani magis adhuc comprobat alia contraventione emphyteutarum, qui non solum contumaces fuerunt in canonum solutione, sed etiam omnem prætermiserunt fundi emphyteutici meliorationem, juxta pacta in instrumento concessionis apposita; (p) quinimo, ex pericia coram clar. mem. Sperellio exhibita, eundem emphyteuticum fundum deteriorem potius effectum fuisse, constat: in quibus quidem circumstantiis, etiam si pactum meliorandi non intercessisset, ex ipsa natura contractus locus devolutioni, seu caducitati factus fuisset. (q)

14. Et licet actrix intrepide negaret hanc fundi deteriorationem, & è contrario contenderet, illum ad formam pacti melioratum quidem fuisse, ex quo in instrumento investituræ concessa tantum legatur una tantum domus, & subinde Monialibus data fuerit ad plures domos associatio; at tamen visum est de dicta deterioratione abunde constare ex dicta pericia, & judiciali accessu, qui uti ad emphyteutarium instantiam expletus plenam probationem constituit. (r)

15. Contra vero, de asserta melioratione ad formam conventionis non satis liquere, pu-

missa, cor. me.

(p) Ut expendit quoque præterita decisio, §. Caterum, & seqq.

(q) Ut docet Clar. §. Emphyteusis, quæst. 26. Mancic. de Tacit. & ambig. lib. 22. tit. 29. in princip. Redoan. de Reb. Eccles. non alienan. tit. de Caduc. ob rei deteriorat. versic. Et ut discurratur, n. 1. Fulgin. de Emphyt. tit. de Var. caduc. quæst. 2. n. 1. Ludovic. Decif. Perul. 22. n. 4. Surd. decif. 300. n. 1. & in Romana Vinca 7. Mart. 1733. §. fin. cor. R. P. D. meo Cincio, & aliis allegatis firmat præterita decisio, §. Aut etiam devolutio.

(r) Per text. in leg. Pomponius 1. ff. de Negot. gest. Mart. medic. Decif. Senen. 72. Rot. decif. 224. n. 4. cor. Benincas. & decif. 1213. n. 14. cor. Emer. Jun. & in Afulana Aquarum 26. Jan. 1732. §. Tertio loco, cor. que.

(j) Rot. in Romana fideicommissi de Cajetanis 18. Maii 1718. §. 28. cor. Rev. Crisp. & in eadem causâ super fideicommissio Cristoph. 21. Nov. dicti ann. §. Constitutio legitur, cor. eod.

(k) Ex rationibus late deductis in dict. præterita decisio, §. Verum enim vero, & plur. seqq.

(l) Ad tradita per Rot. decif. 244. n. 28. cor. Ottobono.

(m) In leg. Generali 3. verb. Servituti, Cod. de Tabul. lib. 10. in quibus terminis loquitur laudata decisio cor. Ottobono.

(n) Ut late probatur in dict. præterita decisio à §. Perum enim vero ad plures seqq.

(o) Ut relatis concordantibus nuperrime in specie arguit Rot. in Romana Spolii Vinca 25. Febr. 1733. §. Re-

tatum est per dictam solam expressionem plurium domorum factam in dicto mandato associationis; nam in eo quidem mandato legitur super devolutione domorum, seu domus; deindeque in instrumento captæ possessionis in vim d. mandati dicitur, domos esse simul junctas, quæ sane expressiones, veluti præ se ferentes disjunctivam, ibi: domorum, seu domus, veluti præ se ferentes connexionem plurium mansionum, ibi: domos simul junctas, verificari quidem possunt de illa una domo in singulari expressa in dicto instrumento concessionis, sed nunquam importare possunt veram diversarum domorum existentiam. (s)

Omnis vero ex dictis expressionibus orta æquivocatio facilius diluitur ex facto, quo constat, ab ipso Monasterio ex integro domum constructam fuisse, quod factum, neque ab illis de Rotis controversum fuit, sed tantum excipiendo, ab eisdem fuit objectatum, unam mansionem domus emphyteuticæ cum dictis adibus per Monasterium noviter constructis incorporatam fuisse, præserti Summ. Monasterii num. 7. quod idem recognitum fuit per accessum judicalem, ut habetur in relatione periti, præterito Summ. num. 7.

16. Hoc autem supposito facto, omnis certe sublata manet dictarum expressionum æquivocatio, quæ ceteroquin neque aliquid ad emphyteutarium intentum proferret, quia illi concludenter probare in hoc judicio debent conventionum adimplementum, dum alia ex parte dominæ directæ in ipso instrumento emphyteusis suam intentionem satis fundatam habent. (t)

Atque hæc pro multis, quæ utrinque disceptata sunt ad ostendendam resolutionis iustitiam in medium conferre oportuit, nam in reliquis omnibus patres satis esse duxerunt, sua suffragia ad approbationem præteritæ Decisionis referre.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ROUAULT DE GAMACHES.

FARFEN. SEU REATINA CENSUS  
super restitutione in integrum.

Veneris 13. Mart. 1733.

ARGUMENTUM.

Sola institutio non probat qualitatem hære-

ditariam. Creditor citare non debet heredem, qui hereditatem repudiaverat. Monasterium, adeundo hereditatem sine legitimo inventario, tenetur in bonis propriis ad debita defuncti, & alia.

SUMMARIUM.

1 Qualitas hereditaria resultat ex additione, non vero à simplici institutione.

2 Creditor hereditatis convenire potest pro tota summa unum tantummodo ex hæredibus, qui bona possidet.

3 Nec tenetur citare heredem institutum, qui hereditatem repudiavit.

4 Actor in judicio restitutionis in integrum exhibere tenetur omnes scripturas ad causam facientes.

5 Locus pius, stante nullitate inventarii, tenetur ad debita defuncti in bonis propriis.

6 Inventarium confici debet in loco ubi facta sunt bona.

7 Aditio hereditatis non est de sui natura præjudicialis.

8 In consecratione inventarii servande sunt solemnitates, tam à Jure, quam à Constitutionibus Apostolicis præscriptæ.

9 Ignorantia obitus testatoris non est præsumibilis in Monasterio ob incapacitatem Monialis succedente.

10 Ignorantia affectata nil prodest.

11 Monasterium dicitur hæres, sive immediate institutum fuerit, sive hereditatem adiverit ob incapacitatem Monialis institutæ.

12 Quamvis testator disposuerit, ut Monasterio nullum jus acquireretur, sed libera esset Moniali facultas disponendi de hereditate.

13 Conditio prædicta intelligi debet de simplici usu ab arbitrio Superioris dependente.

14 Locus pius, adinstar aliorum hæredum, legitimum tenetur conficere inventarium, alias obligatur in bonis propriis ad debita testatoris.

15 Nemo locupletari debet cum aliena jactura.

DECISIO XIV.

VEN. Monasterium S. Fabiani Civitatis Reatinæ, putans se in bonis propriis reddere immunitem à solutione fructuum jussum censum, quam ab eo, uti hæredæ Angeli Castellani una cum Hieronymo Pichio pro dic-

10

(s) Ad tradita per Bald. conf. 218. n. 3. lib. 2. Grat. Discept. Foren. cap. 425. n. 4. & n. 14. & seqq. cum aliis relatis per Rotam, decif. 1. n. 5. de Decim. cor. Emin. D. meo Falcon.

(t) Gloss. in leg. 1. verb. Repellere, ubi Jaf. num. 132.

Cod. de Jur. emphyt. Paris. conf. 103. n. 9. & 17. lib. 3. Cyriac. controv. 119. n. 14. & 15. Malfard. de Probat. concl. 601. n. 4. & concl. 103. n. 31. Corbul. de Emphyt. de Caus. privat. ob non solut. canon. quæst. 4. n. 1. Rot. decif. 362. n. 2. in fin. Part. 1. recent.

to censu in solidum obligati esse faciendam PP. Conventualibus Terræ Tophiæ judicaverat A. C. Met. ac etiam definitiverat nostrum Sac. Auditorium coram me sub die XIII. Jun. proximè præteriti in alia causâ Farfen. seu Reatina *census*, habuit pro removendo obstaculo hujus tituli hæreditarii recursum ad Signaturam Justitiæ, quæ rescriptis *de causis restitutionis in integrum sine præjudicio rei judicata*, & eidem Auditori: sed his non obstantibus Monasterium sua spe frustratum remansit, nam, cum in sequelam contemporaneum dubium cadens super viribus prædictæ meæ Decisionis proposuero istud quoque, *an constet de re restitutionis in integrum*, seu potius de re judicata, habui à Dominis meis responsum, *constare de re judicata*.

Etenim, quoad existentiam rei judicatæ, videbatur nullam excitari posse difficultatem, non tantum, quia revera juxta censuram utriusque juris favore Abbatis Petri agentis contra Ven. Monasterium, tanquam hæredem Angeli Castellani pro fructibus alterius census ab isto impositi tria aderant conformia decreta definitiva cum suis mandatis *de exequendo*, acceptata insuper per transactionem inter præceptam Abbatem, ac Monasterium die XII. Feb. MDCCXII. prævisis debitis solemnitatibus stipularam, & deinde semper usque in hodiernum diem religiose observatam, verum etiam, quia nequibat amplius super hoc puncto aliquid in contrarium proponi, obstante rescripto Signaturæ, per quod ipsamet res judicata jam fuerat canonizata, ut in diis nostrum Sacrum Tribunal protestatur.

Quia tamen numerus judicatorum de per se nunquam reputabatur aptus pro constabilienda re judicata, nisi ubi judicata erant valida & iusta, taliter quod in casu contrario leges communes permitterent, ut ad reparandum illatum gravamen consuleretur succumbentium indemnitati, mediante remedio restitutionis *in integrum*, ideo Patres Suffragantes assumentes inspectionem circa validitatem & justitiam judicatorum, sentiebant Monasterium, cujus jura ceteroquin tot Judices cum omni maturitate discusserant, & ipsum Monasterium titulo hæredis transgens irrelevantia cognoverat in nihilo fuisse gravatum, & sic eidem petitam *in integrum* restitutionem esse denegandam ex nois iuribus.

I. Et sane dicebant Domini, quod judicata minus recte de nullitate criticabantur, ex

(a) Rota in Beneventana *manutentionis* 20. Jun. 1698. §. I. Et *quomodo*, cor. clar. mem. Card. della Tremoille.

quo, si Angelus Castellanus suam hæreditatem pro una medietate reliquerat ejus sororibus Monialibus profesis in Monasterio S. Fabiani, & pro altera medietate sororibus de Boccardis neptibus suis ex alia sorore, ita non debebat Abbas Petit judicia instruere adversus solum Monasterium, sed ad evitandam nullitatem tenebatur citare sorores quoque de Boccardis, signanter post ejusdem Monasterii judicalem protestationem *de nihil innovando in causâ*, nisi citatis prædictis sororibus. Siquidem ad elidendam hanc Monasterii exceptionem occurrebat responso, quod, nempe, ex solo titulo institutionis de persona conjuncta testatori per gradum collateralem non remanebat probata additio inducens qualitatem hæreditariam in hærede scripto, (a) dum, spreto testamento, potuerant sorores de Boccardis sese abstinere ab acceptanda hæreditate avunculi; 2. unde sequebatur, actionem potuisse in solidum à PP. Conventualibus dirigi adversus Monasterium, de cujus affectiva additione hæreditatis plene constabat, ut in fortioribus terminis de fratribus, qui actualiter aderant paternam hæreditatem, & unus tamen solus bona hæreditaria possidebat, firmavit Rota. (b)

3. Quin supposita qualitas hæreditaria in sororibus de Boccardis crederetur, concludi posse ex quadam cessione census facta de anno MDCXXX. ab ipsis simul cum ipsidem Monialibus favore Octavii Brancaloni, enuntiata qualitate hæreditaria Angeli Castellani, nam quidquid esset de tali unica enuntiativa, nihil influente ad probandam possessionem bonorum hæreditariorum pro medietate extitisse penes dd. sorores de Boccardis; hoc unum satis reputabatur pro removenda omni difficultate, quod, nempe, præfata datio *in solutum* recognita fuerat erronea, atque undique insubstantens, quia nec idemmet census, de quo cantabat asserpta datio *in solutum*, nec alii unquam pervenerant ad manus sororum de Boccardis; sed omnes census remanserant, tanquam de hæreditate Angeli Castellani, apud Moniales, prout Monasterium falsum fuerat in inventario, & factio suo quoque comprobaverat, exigendo à Sac. Monte pietatis pecunias provenientes ex dicto censu dato *in solutum* Octavio Brancaloni, ita ut, consilio ex his, sorores de Boccardis fuisse solum hæredes Angeli nomine tenus, & vice versa illius integram hæreditatem pervenisse ad Monasterium, venire in consequentiam, adversus istud ritè, & recte Abbatem Petit, absque ulla necessitate citandi dd.

fo-

sores de Boccardis judicium instruxisse. (c)

4. Sublata opposita nullitate, scilicet Patrum Suffragantium erat, quod res judicata neque de injustitia possit notari: omisso namque, quod pro parte Monasterii non omnes scripturæ concernentes additionem hæreditatis, atque transactionem initam cum Abbate Petit fuerant exhibitæ, prout ab eodem Monasterio gerente in præteriti judicio restitutionis *in integrum* personam actoris (d) fieri debebat ad effectum demonstrandi injustitiam judicatorum, credebatur, quod præfata injustitia non probaretur ex additione hæreditatis, juncta subsecuta confessione inventarii præservantis ex notorio legis beneficio hæredem à quolibet damno in bonis propriis.

5. Quandoquidem Angelus Castellanus decesserat de anno MDCXXVII. & præfata additio hæreditatis una cum inventario expleta fuerat de anno MDCXCV. & sic contra Legum, & Apostolicarum Constitutionum censuram elapsis fere LXX. annis post obitum testatoris, vel saltem juxta placitum Monasterii post annos XXIV. à morte Monialis ultimo loco defunctæ: ulterius, pro inchoatione inventarii nemo ex creditoribus certis, vel incertis citatus extiterat, ac nulla demum contra omnem juris præsumptionem stabilia, mobilia, semoventia, vel alia, sive activè, sive passivè ad Angelum spectantia legabantur in inventario descripta, ut propterea, attentis hæc defectibus, tam formam, quam substantiam tangentibus, judicantium vota convenirent in eo, quod non poterat admitti favore Monasterii illud beneficium à lege concessum solis hæredibus legitimum inventarium conscientibus: (e) 6. & hic in majorem comprobationem supradictorum videbatur pendenda illa circumstantia, quod nempe actus, tam additionis hæreditatis, quam confessionis inventarii expleti fuerant in Civitate Reatina, licet testator originem duxerat, obieratque in Terra Fare, ubi bona sua possidebat. (f)

7. Neque ducta paritate, valebat Monasterium subinde ex nullitate inventarii arguere ad nullitatem ipsius additionis hæreditatis, pro qua additione explenda eadem autoritas Vicarii Generalis Reatini intercesserat: advertebatur siquidem, quod præfata, atque autho-

ritas Vicarii Generalis in actu aditionis factæ cum beneficio legis, & inventarii, qui sancti actus de sui natura lætius dici nequibat, accipi poterat in linea sufficientis solemnitatis, (g) 8. quando è converso contrarium diceret oportere quoad ipsum actum confessionis inventarii, in quo ob aliorum interesse, & ne daretur aditus supplantandi creditores, in proprium hæredis commodum servanda: erant solemnitates, tam à Jure, quam à Constitutionibus Apostolicis præscriptæ. (h)

9. Excutionem vero, quam Moniales sub prætextu ignoratæ mortis Angeli Castellani testatoris utque ad tempus aditionis proponebant, nullius ponderis esse Patres Suffragantes existimabant, quia talis ignorantia non erat præsumibilis in Monasterio immediatè ob incapacitatem Monialium succedente defuncto: (i) 10. immo hæc tanquam affectata magis ex Doctorum sensu, ostendebat omnia gesta fuisse in creditorum supplantationem: (j) prout nec etiam ullam rationem habendam esse Domini mei subdebant de protestatione, quam Moniales emisserant in instrumento transactionis stipulatæ cum Abbate Petri; etenim, licet in eodem instrumento sese protestatæ fuerant Moniales non devenire ad dimissionem Abbatis, tanquam hæredes Angeli, sed tanquam tertie personæ, nihilominus, dum eadem Moniales transactionem in sequelam trium judicatorum illas, uti hæredes, condemnantium ad solutionem, & in libello porrecto Sacre Congregationi Episcoporum, & Regularium pro impetrando beneplacito exposuerant, ad concordiam fuisse inductas *per non aver reso conto dell' eredita Castellani*, utique hujusmodi protestatio, quæ in se continebat totum contrarium ab actu gesto, non poterat exuere Moniales qualitate hæreditaria, & consequenter ex vulgaris regulis penitus sperni debebat, & fortius, reflectendo solutionem à Monialibus fuisse effectuam de pecuniis cum titulo hæreditario, nunc perperam impugnato recuperatis, alias daretur absurdum, quod Moniales in exigendo extitissent hæredes, & in dimittendis debitis hæreditariis aliam tertiam personam repræsentassent.

11. Firmata ex supra deductis qualitate hæreditaria in Monasterio S. Fabiani, hæc ex-

F clu-

(c) Rot. cor. Burat. decif. 785. n. 10. & in recent. decif. 413. part. 9. tom. 1. n. 110.

(d) Ex Odd. de Restit. in integr. part. 1. quæst. 15. art. 4. num. 39.

(e) Rot. in Lauretana *censum* 22. Mart. 1715. in princ. cor. bon. mem. Foscar. & in eadem super *restitutione in integrum* 17. Mart. 1719. §. *Frustra*, cor. bon. mem. Lancetta.

(f) Rota cor. Seraph. decif. 371. n. 6. & in recent. decif. 597. n. 1. Part. 4. tom. 1.

(g) Ex firmatis à Rot. decif. 46. n. 17. cor. Ansaldo.

(h) Rot. punctualiter in Farfen. *immisionis* 6. Dec. 1726.

(i) *Hi vero*, cor. R. P. D. meo Calcagnino.

(j) Rot. cor. Duno. Jun. decif. 707. n. 8. & in recent. decif. 128. n. 3. Part. 2.

(k) Baldus. *Res. judic. tit. de Dot. decif. 27. n. 2.*

cludi postea nequibat, ex eo quod Angelus Castellanus non instituerat Monasterium, sed suas sorores Moniales, & ejus nepres de Boccardis, quoniam, sive Monasterium nominatum fuerit institutum, sive ex persona suarum Monialium adiverit hereditatem, semper in utroque casu verificabatur, successorem immediatum ob incapacitatem Monialium fuisse Monasterium, (k) & consequenter in ipso Monasterio, sequuta aditione hereditatis, & rerum hereditariarum contractatione, viguisse, ac urgere verum titulum hereditarium.

12. Minime attento, quod testator vocaverat Moniales ad medietatem suæ hereditatis sub conditione, ut Monasterio nullum jus acquireretur, sed libera esset Monialibus facultas disponendi, quodque propterea ob convenientiam ipsarum Monialium universa hereditas pervenerat ad sorores de Boccardis: 13. dicta namque conditio poterat tantum compatibiliter intelligi, quoad simplicem usum ab arbitrio Superioris dependentem, (l) quia quoad titulum acquisitionis, seu successione jam ex alibi adductis constabat, Monasterium esse immediatum successorem: & respectu assertæ convenientiæ Monialium Dominis meis satisfaciebat responso, quod ultra magnam inverisimilitudinem, tale quid in factis non probabatur, sicuti è converso plene justificatum fuerat, Monasterium adivisse hereditatem cum beneficio legis & inventarii, necnon se in ipsamet hereditate immiscuisse.

14. Quibus omnibus stantibus, Patres Suffragantes aures præbere noluerant prætensionibus Monasterii fatigentis se facere immunem à solvendis debitis hereditariis cum bonis propriis, sub eo adducto fundamento, quod non tenebatur conficere inventarium, & sic unice poterat super rebus hereditariis modo extantibus pati executionem: cum etenim res esset in terminis juris quæsitæ per solemnem aditionem hereditatis secum ferentem quasi contractum cum creditoribus hereditariis, quidquid inter se dissentientes Doctores dicerent super necessitate conficiendi inventarium, ubi Ecclesia, seu Locus pius gerebat figuram veri hæredis, videbatur Dominis meis non esse recedendum ab illa æquissima, & magis recepta sententia, quæ requirebat, ut Ecclesia, vel

Locus pius, ad instar aliorum hæredum, legitimum teneatur inventarium conficere, atque de bonis hereditariis rationem reddere, ne posset super bonis propriis molestari, & quam æquissimam sententiam, alia rejecta, non semel amplexum fuerat nostrum Sacrum Auditorium. (m)

Et hinc Judices concludebant, quod nullatenus admitti poterat in casu præsentis, Monasterium teneri dumtaxat pro rebus hereditariis, quas ad illius manus probabatur pervenisse, nam posita necessitate conficiendi inventarium, sibi debebat imputare Monasterium, quod illud fecerat extra tempus præscriptum, & minus legaliter, ob tot alios defectus superius indicatos, quo casu ob defectum necessariæ probationis circa verum statum hereditatis præsumebatur ad terminos juris, idem Monasterium in propriam utilitatem res hereditarias consumpsisse, ac esse locupletatum, quod nemini cum aliorum jactura permitti poterat. (n)

Et ita utraque, &c.

R. P. D. C E R R O.

### SPOLETANA DONATIONIS.

Lunæ 22. Jan. 1735.

### A R G U M E N T U M.

Valet donatio facta à muliere juxta facultates ei à Statuto attributas. Legitima executio citationis justificatur ex relatione Curforis in ejus tergo per Notarium extensa, parvipensa contraria declaratione ab eodem Curfore in formali examine facta. Donatio jurata sustinetur, etiam si deficient solemnitates à Statuto Laicali præscripto.

### S U M M A R I U M.

- 1 Vallet donatio facta à muliere juxta facultates sibi à Statuto attributas.
- 2 Citationis executio fieri sufficit juxta stylum loci.
- 3 Relatio Curforis in tergo citationis per Notarium extensa prævalet contraria depositione.

(k) Ut supra probatum fuerat ex decif. 707. n. 8. cor. Dunoz. Jun. cui addebatur Rot. decif. 4. n. 8. cor. Emin. D. Card. Falcon. inter suas impres. tom. 1. tit. 17. de Fideic.

(l) Ex firmatis à Rot. decif. 754. n. 21. cor. Molines.

(m) Sicuti legi poterat in decif. 369. cor. Puteo, lib. 1. & in recent. decif. 184. n. 21. & seq. part. 9. tom. 1. & in Romana consus 28. Jan. 1692. §. Injustitia vero, & §.

Etenim, cor. clar. mem. Card. Cavallerin. & in Bonon. Dotis 16. Mart. 1703. §. Præmissa enim, cor. bon. mem. Kaunitz, & in Sabinen. Bonorum 11. Jan. 1704. §. Quamvis, cor. eod. & in Romana Restitutiois pretii domus super executione 1. Jul. 1726. §. Nec ullum junct. §. Immo, cor. bon. mem. Crispolt.

(n) Rot. in recent. dict. decif. 184. n. 21. & seq. part. 9. tom. 1.

tioni ab eodem cursore deinde explet.

4 Statutum Laicale non afficit donationem juratam.

5 Solemnitates statutarie ubi sint necessaria in donatione jurata, requiruntur partes declarasse, quod illas voluerint, quodque aliis non contraxissent.

6 Defectus consensus verificatur in actu simulato, & doloso, non autem in actu minus solemnium.

7 Dolus non admittitur in actu prudenti, & rationabili.

8 Senectus nil detrahunt validitati donationis, si aliunde non constet de fraude, vel de mentis debilitate.

9 Testes probant contra producentem, & ab eo causam habentes.

10 Præsertim, si sint Sacerdotes, & Religiosi.

### DECISIO XV.

Livia Gavella jam senio confecta, ex sincera dilectione, qua prosequabatur Canonicum Fulvium, & Pacificum germanos fratres de Leonis ejus consanguineos & attinentes, atque ob plura & diversa beneficia, quæ ab eisdem recepisse auferret, aliaque, quæ in futurum recipere sperabat, præsertim vero, ut prædicti de Leonis possent decenter vivere, juxta proprium eorum statum, gradum, qualitatem, & conditionem, &c. donavit illdem omnia sua bona, reservato sibi usufructu illorum, ac quantitate scutorum 50. ad effectum testandi, adjectisque nonnullis vinculis in suffragium animæ suæ tendentibus. Id autem ægre ferente Stephano de Gavellis fratre Livie curavit, ut nomine ejusdem Livie coram Vicario Generali Curie Episcopalis Spoletanæ adversus præfatam donationem nullitatis exceptio proponeretur, cumque à quodam decreto per eundem Vicarium facto super repetitione alterius ex rebus inductis, per appellationem causa ad Tribunal A. C. ascendisset, R. P. D. Sardinus Judex ab eodem A. C. deputatus infirmando prædictum decretum, pronuntiavit, donationem esse validam, & undequaque servandam, qua sententia in judicatum transacta, & mihi in gradu restitutionis in integrum commissa causa ad justitiam Lucæ Antonii Paladini, qui prædictis Stephano, & Livie interim defunctis successerat, congruum profutui dubium, habuique responsum: *constare de re judicata.*

1. Cum etenim nulla intercederet dubitatio, quoad lapsum fatalium inducentem rem judicatam, justitia ejus effluigebat, ex eo quod recte juxta instrumentum à Livia stipulatum comprobata fuit donatio favore fratrum de Leonis emissa, cujus sane validitas frustra in discrimen revocari visa est, ob duplicem defectum, alterum extrinsecum propter solemnitates à Statuto Spoletano circa mulierum contractus præscriptas, minus legitime adimpletas, alterum intrinsecum ob vitium inconsulta, & non liberæ voluntatis donantis, sed fraude donatariorum extortæ: quoniam, exordiendo à primo, facile eum submoveri arbitrari sunt Domini, nam, cum statutum exigat præsentiam duorum proximiorum ex linea paterna, & in istorum defectu ex materna, qui ad hoc citari debeant, vel personaliter vel in domo habitationis, ajecta die, hora, & loco, ut interesse possint, taliterque citatis non comparentibus, mulieri permittat contrahere, etiam sine ipsorum interventu, id exacte servatum fuisse in hypothesi patebat: ante enim stipulationem donationis obtenta per donatricem à Vicario Generali facultate citandi Stephanum Gavellum ejus germanum fratrem, & Canonicum Paulum Guazarorum illius proximorem consanguineum, ad hujusmodi citationes effective processum fuit, & Curfor retulit Notario eas domi executum fuisse, qua propter, convocatis ita proximioribus, si in termino citationis non comparuerunt, legitime valuit Livia devenire ad stipulationem donationis, juxta facultatem eidem tali casu à Statuto tributam. (a)

2. Istiusmodi autem solemnitas inaniter impugnari videbatur, ex quo in relatione Curforis expressum non fuerit, dimissa copia, imo juxta ejusdem formalem depositionem constet, executionem citationum factam fuisse, nulla relicta copia, & absque ulla notificatione domesticorum; quandoquidem, cum curfor in actis reulerit se utramque citationem domi executum fuisse, & de tali relatione rogatus fuerit Notarius, subintrat præsumptio, executionem factam fuisse legitime, & prout Curforis officium exigebat, eo potissimum, quia stylos civitatis Spoletanæ, de quo fidem faciunt Notarii illius Curie præ se fert, ut in similibus relationibus à Curforibus faciendis necesse non sit, ut mentio habeatur dimissionis copie, qui profecto stylo deferendum est, ne tot contractus juxta eundem iniri subvertantur. (b)

3. Posterior vero declaratio emissa per Cur-

(a) Ad text. in cap. Inter ceteras 4. de Rescript. & in cap. De alternativis, de Regal. jur. in 6. Rot. decif. 337. n. 7. cor. Dunozet. Jun.

(b) Ad notata per Rot. decif. 8. n. 14. & 15. post Albit.

de Inconf. in judici, decif. 5. n. 5. in Mantif. ad Card. de Luc. tom. 16. decif. 719. n. 19. & seq. part. 18. & decif. 411. n. 11. & seq. part. 19.

forem in formali examine, circa minus legitime factam executionem citationum, nullius momenti agnita fuit, utpote quod pugnaret cum relatione prius ab ipso expleta, nec non involveret propriam turpitudinem, & defectum in officio, atque idcirco fidem non mereretur, ad hoc ut in discrimen adduci valeat actus juxta stylum Civitatis consummatus, cum potius standum sit relationi factæ Notario, & in instrumento insertæ. (c)

4 At vero præciliue etiam à Statuto, actus donationis viribus undequaque consisteret, eo quia jurejurando fuit à muliere roboratus, proindeque in his terminis ex ommissione solemnitarum Statuti nequaquam vitatur, quia illud, tanquam mere Laicale, & à Sancta Sede specificè non confirmatum, aspicere nequit dispositionem juratam. (d)

5. Haud relevante, quod Livia intellexerit contrahere ad formam Statuti; ideoque, corruente actu ob non impletam Statuti formam, juramentum sequens naturam ipsius actus non sit obligatorium, utpote quia careat consensu. Removeret etenim objectum, ex eo quod, ad hoc ut solemnitates taliter dicantur necessaria, ita ut eis minus legitime adhibitis partium consensus non accessisse censeatur, requiritur, ut ipsæ partes præcise illas voluisse declararent sub eo obtentu, quod alii non contraxissent, nec sufficere simplex enuntiativa instrumenti, actum gestum fuisse cum solemnitatibus. (e) 6. Defectus autem consensus tunc considerari possit, quoties actus dignoscatur dolo extortus, vel simulate gestus, non autem, quando hisce cessantibus, questio dumtaxat sit circa formam actus. (f)

7. Hinc itaque transfundendo ad alium defectum, quo notabatur donatio, videlicet, circumventionis donatricis, illa cessare videbatur in primis, ex quo mulier nequaquam gessit actum improvidum, nimiumque damnosum, sed potius prudens consilium cepisse censei potest; cum etenim decrepita jam esset ætate, & unicuique haberet fratrem Stephanum, qui, morbo ingravescente, ad exitum jam properabat, nullaque aderat spes ejus prolis, consulto se ver-

tit ad fratres de Leonis illius consanguineos, à quibus beneficia receperat, atque in futurum recipere sperabat, usque, sibi reservato usufructu, donationem fecit omnium bonorum, ad hoc ut decenter vivere possent juxta eorum statum, & conditionem, nec immemor fuit anime propriæ, nam jussit donatariis, ut nonnulla Missarum suffragia illi præstare tenerentur: sane, posita actus prudentia, & rationabilitate, difficilior admittitur, cum prava machinatione, vel fraude fuisse extortum. (g)

8. Sed hæc amplius submoveri visa est, ex quo adminicula, quæ afferbantur pro ea concludenda, parvi roboris agnita fuerunt: quod enim res sit de muliere senio confecta, ideoque nimium facile seductioni exposita, nihil profecto detrahit validitati donationis, quia sola senectus, ubi aliunde non constat de fraude, vel de mentis debilitate, nullum obicem facit donationi, & actibus similibus celebrandis. (h)

9. Similiter, quod donatrix traducta fuerit extra propriam domum in locum solitarium ad donationem stipulandam, necessariò non concludit fraudem, & circumventionem: non enim gessit actum clandestine, sed ille innotuit prius Vicario Generali, & consanguineis, qui à Curfore fuerunt interceptati, deinde vero Notario, & testibus instrumentariis, quorum unus ex caractere Sacerdotali insignitus, alter vero religiosum habitum Eremitæ deferens qui testes ulterius in examine in partibus peracto ad instantiam Livie tunc viventis, & donationem impugnantis, discrete professi sunt, donatricem fuisse ante stipulationem, non solum à Notario, sed etiam ab ipsismet testibus serio interrogatam, an vere ex proposito, & animi sententia ad d. donationem deveniret, rursumque admonitam de rei, quam gestura erat, gravitate & irrevocabilitate, & immotam semper ostendisse verbis, & factò donandi voluntatem: nemo autem dubitare potest, quin pro excludenda fraudis, & doli presumptione prædicti testes ab ipsa Livia induci plene probent adversus eandem, & ab illa causam ha-

(c) Ut firmavit Rot. decif. 165. num. 15. cor. Bich. decif. 218. n. 18. Part. 7. recent. & in Spoletana Testamento 14. April. 1679. §. Quod autem, cor. bon. mem. Rondinino.

(d) Ut animadvertunt Ciroc. discip. 43. n. 46. Constant. ad Statut. Urb. in præludio n. 210. & annot. 45. n. 9. & seqq. Mans. consult. 20. n. 26. Card. de Luc. de Dot. discif. 95. n. 1. & discif. 143. n. 55. Rot. decif. 801. n. 1. & seqq. cor. Seraph. decif. 495. n. 4. & seqq. part. 13. decif. 127. n. 24. & seqq. part. 17. recent. & in Avenionensis 1. Jun. 1707. cor. bon. mem. Molines.

(e) Prout firmat Constant. ad Statut. Urb. annot. 25. n. 83. & annot. 44. art. 7. n. 710. Rot. decif. 319. n. 9. & decif. 320. n. 46. Part. 6. decif. 371. n. 2. part. 19. recent. decif. 5. n. 15. & decif. 7. n. 22. in Mansif. ad Card. de Luc. tom. 16.

(f) Ad firmata per Rot. decif. 394. n. 5. cor. Benincasa.

(g) Ut late firmatum fuit in Romana Donationis 22. Jun. 1720. §. Verumtamen, cor. me.

(h) Ad text. expressum in leg. Senectus 16. Cod. de Donat. & dixit Rot. in dict. Romana Donationis 22. Jan. 1720. §. Præterea, cor. me.

## DECISIO XVI

habentes, (i) 10. potissimum, quia qualitas Sacerdotalis, & respectively Religiosa iudicem testibus fidem summopere adauget. (j)

R. P. D. NUNEZ.

URBANIAN. CAPELLANIE.

Lunæ 11. Maii 1733.

## ARGUMENTUM.

Judex, stante oppositione & defectu productionis mandati Procuræ, & juramenti calumnie, nulliter procedit sententiam promulgando. Capellano conceditur manutentio super bonis Capellanie assignatis.

## SUMMARIUM.

- 1 Nulla est sententia lata, stante oppositione, & defectu productionis mandati Procuræ.
- 2 Item ex defectu præstationis juramenti calumnie.
- 3 Sententia precipitanter lata nulla est.
- 4 Capellano competit manutentio super bonis in dotem Capellanis assignatis.
- 5 Fundatione semel expleta super iisdem bonis, nequit aliud novum beneficium fundari.
- 6 Observantia probat instrumenti veritatem.
- 7 Cessante præjudicio tertii, potest super iisdem bonis ad novam Capellaniam fundationem deveniri.
- 8 Exceptio de jure tertii non admittitur.
- 9 Retentio vigore fideicommissi non conceditur, nisi confitito de existentia, & purificatione fideicommissi, & quod bona ad illud pertineant.
- 10 Factum auctoris impugnare memini licet.
- 11 Exceptio turbida non admittitur in summarissimo possessorio.

AD obtinendam manutentionem in possessione bonorum per Com. Angelum de Ubaldinis, & Franciscam illius filiam pro dote Laicalis Capellanie anno MDCCXXIII. in Ecclesia S. Sebastiani Terræ Mercatelli Urbanien. Diocesis erectæ assignatorum, Joan. Paulus Sacchius de ea provitus adversus Com. Julium Casarem de Ubaldinis d. Angeli filium coram Emin. de Gentilibus in subcellis A. C. meritisime tunc sedente iudicium intruxit, utique compos fieri promeruit; sed cum delegata postmodum cognitione causæ à Signatura Justitiæ R. P. D. de Signoribus cum clausula: *Alteri cum facultate manutendi, quem de jure, prædictum judicatum A. C. eidem revocare placuerit, & causâ subinde vigore alterius similis dicti Tribunalis rescripti ad hoc Sacrum Auditorium conscenderit: mihi que fuerit commissâ, interrogavi hodie Dominos meos super dubio: An, & cui danda sit manutentio in casu, &c.* & in contumaciam dicti Julii Casaris ex frivolis rationibus dilationem petentis, manutentionem Joan. Paulo informanti dandam esse, responsum fuit.

1. Et justa sane ratione, nam præterquam quod de validitate sententiæ prædicti R. P. D. de Signoribus dubitandum valde occurreret, tum quia modernus rei conventi defensor legitimum Procuræ mandatum exhibere neglexit, & dictus Judex, non obstante oppositione illius defectus, & speciali protestatione ad hunc effectum emissâ, ad expeditionem causæ processit; (a) 2. tum etiam quia omiâ pariter fuit prælatio juramenti calumnie, de qua solemniter à colligante fuerat oppositum, (b) 3. tum demum quia eundem Judicem, congrua actoris defensione haud quaquam curata, & opportuno tempore ad eam parandam nondum elapso, ad promulgationem dictæ sententiæ prioris A. C. revocatoriæ præcipitandum devenisse asserbatur. (c)

4. Quod attinet ad eisdem postremi judi-

(i) Ut per text. in leg. Si quis testibus 16. Cod. de Testib. tradunt Nogueroles alleg. 32. n. 92. Andr. controuv. 390. n. 4. & 5. Rot. decif. 150. num. 6. cor. Celso decif. 812. n. 12. cor. Duno. Jun. decif. 55. part. 19. tom. 1. & decif. 668. n. 13. part. 19. tom. 2. rec.

(j) Ut post gloss. in cap. Monachus Distinct. 77. notantur Ruin. conf. 137. n. 2. & 13. lib. 2. Magon. Decif. Floren. 18. n. 20. Rot. decif. 351. num. 10. cor. Ludovif. decif. 377. n. 11. part. 17. & decif. 492. n. 23. part. 19. recent.

(a) Contra expressam censuram Apostolicarum Constitutionum, quas referat Vestr. in Prax. lib. 5. cap. 13. n. 3. Vant. de Nullit. tit. 12. de defect. mand. num. 117. & seqq.

Constant. ad Stat. Urb. annot. 57. n. 245. & seqq. & Rot. cor. Merlin. decif. 54. n. 2.

(b) Ut ex text. in leg. 1. Cod. de Jurejur. propri. calum. & cap. 1. de Juran. calum. in 6. fulminant Vant. de Nullit. & defect. proces. n. 29. Marant. de Ordin. judic. Part. 2. tit. de Juran. calum. n. 1. & seqq. & Rot. cor. Cavalier. decif. 349. n. 1. & decif. 414. n. 2.

(c) Ut in proposito observant Barcel. in leg. Prolatum, n. 10. Cod. de Sentent. interl. omn. jsd. Gratian. Discep. For. cap. 153. n. 2. Rot. cor. Caval. decif. 135. n. 1. cor. Duno. Sen. decif. 261. n. 10. & cor. Caprar. decif. 465. n. 19.